



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quid sit Concilium. tit. 232

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

gelium etiam pro calice aquæ frigidæ decernit præ-
 mium. Mat. 10. iam etiã omnes cæremoniæ compræ-
 henduntur sub lege. ergo sunt Deo grata omnia, ma-
 ximè quæ ex fide fiunt in laudem & gloriam suam,
 sicut sit oratio, vt publicani cum percussione pectoris,
 Luc. 18. siue vestitus, Matth. 3. vt Ioannes de camelo
 induit tunicam, &c. Ergo omnes cæremoniæ in vita
 monastica, siue vestitus, locus, cibus, potus, pauper-
 tas, obedientia, castitas, &cæt. omnia illa habent sua
 premia apud Deum, licet non primùm iustificent,
 sed Christus per fidem, Rom. 3. Dabit cuiq; secundum
 gradus operum, 1. Cor. 3. & 15.

Quintò, vita monastica sub Christi fide, licita est &
 Deo grata: aliud fides, aliud vita, licet mundus ex-
 tra habeat religionem, attamen S. Ioan. Baptista Mat.
 11. qui etiam dæmoni dabatur, nihil nocebat opinio
 hæc falsa, sed pergebat sic in castitate, obedientia &
 paupertate & solitudine vsq; ad martyrium, Marc. 6.

QUID SIT CONCILIVM.

TITVLVS CCXXXII.

Primò, concilium est legitima congre-
 gatio totius Christianitatis, vt dispi-
 ciant, agant & decernant de vero scri-
 pturæ intellectu, & vnitate in cultu di-
 uino retinenda. Primò, legitima con-
 gregatio, qm impossibile est omnes Christianos posse
 esse. ideo quidam legitimè ordinantur & mittun-
 tur, qui totam Ecclesiam repræsentant. Sic erãt Apo-
 stoli, Acto. 15. Secundò, quòd caput Petrus illos ha-
 bet vocare &c. Ideo cõuenticula hæreticorum non
 sunt vera concilia ex Spiritu sancto congregata. Papa
 legitur dicere debet Ecclesiæ defectum, Mat. 18. & cum
 Ecclesia concludere, ac postea consensum totius Ec-
 clesiæ cum sua anthonitate plebi diuulgare & pu-
 blicare,

blicare, sicut fecit Petrus cum ceteris, Actor. 15.

Secundò, Apostoli (qui tamen erant pleni Spiritu sancto) adhuc in primitiua Ecclesia celebrant concilia ob duas causas: Prima, ad veram & uniformem intellectum scripturæ, si dissensio incidat. Sic de legalibus fecerunt Apostoli, Actor. 15. & Paulus per ciuitates ambulans, præcepit obseruare decreta concilij, Actor. 16. id est, vt starent in sententia cum Apostolis & senioribus &cæt. Secunda, ad conferendam vnitatem in exteriori cultu, id est, cæremonijs. Sic tenent concilium Actor. 6. de viduis ministrantibus mensæ, & Actor. 1. in electione Matt. &cæt. Sic hodiè Ecclesia, quandò sathan excitat schisma, vel in religionis aut fidei causa, aut cæremoniarum, aut regimine Ecclesiæ, tunc obedire debemus, venerari eum ordinem, quem ordinauit Christus Math. 18. & si quis obedire contempserit, esse debet vt Edm. 1. id est, qui amplius non est membrum Ecclesiæ, sed è Christiano factus est Iudæus aut paganus, nec debet dici traditio humana quod à concilio constitutum est, propter præsentiam Spiritus sancti, Matt. 18. vbi duo vel tres &cæt. Alioqui & omnia Euangelia, Epistolæ, Prophetæ, essent humanæ, quia & ipsa fecerunt homines. Sed quia credimus eos ex Spiritu sancto scripsisse, &cætera, sic de concilijs sentiendum.

Tertiò, concilia sunt maximè necessaria in Ecclesia. Primò, vt sit certa sententia in re dubia. Nam si reclamare & contemnere licet concilia, tunc nihil erit certum in Ecclesia, id est, omnia erunt incerta & dubia. Ideò Paulus 1. Timoth. 3. vocat Ecclesiam columnam & basim veritatis. At dices: Scriptura est iudex, illa est basis veritatis. Respondeo. Vndè tunc est, quòd hæretici inter se mutuo certantes, & pro vtraque parte habentes scripturam, non consentiunt. Lutherus & Oecolapadius, Osiander & Caluinus, Re-

baptizatos

baptizatores & alij: cur non scripturæ locus: Hoc est corpus meum, &cæ. quietat Luteranos & Zuinglianos, Matt. 26. & Marc. vltimo. Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. literam omnes ex æquo habent, sed non eundem intellectum. At quis erit hîc iudex? Ergo verum intellectum scripturæ concilium decernit. Secundò, concilia sunt necessaria. Nam oportet quòd sit quædam suprema potestas, id est, supra Papam & Cæsarem, quia fieri potest, quòd tum Papa, tum Cæsar sint hæretici, sicut contigit temporibus Arrij, vbi Papa Liberius & Cæsar Constantinus fuerunt Arriani: illis pro tunc nemo obligabatur obedire. Nā hoc casu Deo magis obedire oportet, quàm hominibus, Act. 5. Atta men vt populus interea sciat, vbi expectet sententiam veritatis, conciliū est necessarium: ideo hoc audire debemus, sicuti fecit etiā populus tempore Arrij &c. obediuit Niceno concilio.

Non igitur concilia sunt contra aut supra scripturā, nec condit novos articulos fidei, sed veritatē contra falsitatē hereticorum defendit, quatenus vna sit fides, vnū baptisma, vnus Dominus Ephe. 4. & ne sint in nobis schismata, 1. Cor. 1. Rom. 15. Qui ergo nō audit sacra, legitima & vniuersalia cōcilia, Ecclesiā Dei representantia, pro ethnico (id est, dānato gentili, qui non credit, & qui non saluabitur, &c.) habendus est.

HOMO FIDELIS QVOMO.

do est dominus traditionum hu-
manarum.

TITVLVS CCXXXIII.



Otandum primò, quòd homo per Christi fidem fit filius Dei, 1. Ioan. 1. id quod est magna dignitas, esse videlicet filium Dei. Subindè, filij Dei etiam hæredes sunt regni Dei, Roman. 8. Hæredes Dei,

LLI 3 & co-